Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

si ablucionem manuum altmanni
episcopi post sacramenta missarum accipet
et filiam ea pungeret sanitatem
corporis excipet. Quod dum illa
fideliter fecisset et filiam aqua abluti
onis perunxisset. ita a lepra est sana
ta quasi nunquam fuit a lepra perfusa.
Et quia superius mencio facta est geb
hardi episcopi non est silencio pretereundum
de eo et socijs eius scilicet altmanno
pataviensi et adalbone wirzibur
gensi episcopis presagium. Cum adhuc
scolares essent et quadam die ad quen
dam fontis fluenta forte panem
comessuri sed non saturandi residis
sent ad invicem colludebant et se episcopos
futuros pronunciabant. Gebehardus
dixit se in salzburgensi ecclesia episcopum
futurum. Adalbero wirziburgensis
ecclesie sedem se adepturum. altmannus
vero pataviensem cathedram se
possessurum. Quod totum ita pro
bavit eventus. Nam et gebehar
dus in salzburgensi ecclesia est ponti
fex infulatus. et adalbero in wirzi
burgensi sede antistes sublimatur.
altmannus vero in pataviensi ka
thedra presul ordinatus. Sed et
hoc notandum quod quisque eorum in loco quem
ipse construxit requiescit. Gebe
hardus namque cenobium quod admund
dicitur construxit. in hoc ipse sepultus
requiescit. Monasterium lambach
ab adalberone edificatur. in hoc et ipse
nunc tumulatur. Cenobialis vero
ecclesia in monte kotewic ab altman
no construitur. in hac et ipse sepelitur.
Que autem in episcopatu patronus dig
na fecit. quas persecuciones propter
iusticiam a membris diaboli pertule

rit sequens sermo explicabit. Qua
noverat se ad hoc adeo super famili
am dei constitutum. ut destrueret
et dissiparet et edificaret et plantaret.
in quibusdam locis servicium diaboli de
struxit. in quibusdam locis servicium
christi instruxit. In primis namque in
suburbio pataviensi ecclesiam in ho
nore sancti ~~stephani~~ nicolai super ripam
eni fluminis constituit. quam
multis predijs et vineis dotavit. Et
huic loco prefecit hartmannum prepositum
virum omni sapiencia et facundia preditum.
qui ruddolfi regis capellanus flo
ruit. et urbano pape suisque succes
soribus notissimus fuit. Hic reli
giosos et clericos et laicos sibi asci
vit. quos communem vitam sub regu
la beati augustini ducere docuit.
Hoc modo edificavit. qualiter autem
destruxerit dicemus. Est locus in
norico ripensi dictus ad domum sancti
floriani. In hoc loco erant clerici
coniugati et lucris secularibus intenti.
negligentes servicium dei. Hos
providencia episcopi inde eliminavit.
et religiosas personas ad serviendum
ibi deo congregavit. Porro ipse locus
fertur quondam a monachis inhabita
tus. sed ab ungaris destructus. de
nuo ab egilberto episcopo reparatus
clericis est mancipatus. In alio ce
nobio scilicet sancti ypoliti erant cle
rici ebrietati voracitati libidini
et usuris impliciti. Quos episcopus
altmannus canonica censura de
loco expulit. et religiosos viros
pro eis restituit. quibus prefecit engil
bertum prepositum virum omni pruden
cia et eloquencia preditum. Porro cleri